

# JUEVES SANTO



## OFICIO DE TINIEBLAS

Maitines y Laudes

## AD MATUTINUM

*Se comienza directamente con la primera antifona. Al final de los salmos no se dice Gloria Patri.*

### I NOCTURNO

**Ant.** Zelus domus tuae \* comedit me, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

**Psalmus 68 [1]**

Salvum me fac, Deus: \* quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profúndi: \* et non est substántia.

Veni in altitúdinem maris: \* et tempésta demérsit me.

Laborávi clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: \* defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, \* qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei iniúste: \* quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus, tu scis insipiéntiam meam: \* et delícta mea a te non sunt abscondita.

Non erubéscant in me qui expéctant te, Dómine, \* Dómine virtútum.

Non confundántur super me \* qui quærunt te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium: \* opéruit confúsió fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, \* et peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: \* et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me.

Et opéruí in ieiúnio ánimam meam: \* et factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium: \* et factus sum illis in parábolam.

Advérsus me loquebántur, qui sedébant in porta: \* et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratióem meam ad te, Dómine: \* tempus benepláciti, Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me, \* in veritáte salútis tuæ:

Éripe me de luto, ut non infígar: \* líbera me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempésta aquæ, neque absórbeat me profúndum: \* neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: \* secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo: \*

Ant. El celo de tu casa me devora y me abruman los ultrajes de quienes te insultan.

¡Sálvame, oh Dios, que estoy con el agua al cuello!

Me hundo en el cieno del abismo y no puedo hacer pie;

me he metido en aguas profundas y las olas me anegan.

Estoy exhausto de gritar, me arde la garganta, mis ojos se consumen de esperar a mi Dios.

Son más que los pelos de mi cabeza los que me odian sin motivo;

son poderosos los que me destruyen, los que me hostigan sin razón.

(¿Tengo que devolver lo que no he robado?)

Tú conoces, oh Dios, mi torpeza, no se te ocultan mis ofensas.

¡Que por mí no queden defraudados los que esperan en ti, El Señor Sebaot!

¡Que por mí no queden confundidos los que te buscan, Dios de Israel!

Pues por ti soporto el insulto, la vergüenza cubre mi semblante;

a mis hermanos resulto un extraño, un desconocido a los hijos de mi madre;

pues el celo por tu Casa me devora, y si te insultan sufro el insulto.

Si me mortifico con ayunos, lo aprovechan para insultarme;

si me pongo un sayal por vestido, me convierto en objeto de burla:

los que están a la puerta murmuran, los borrachos me sacan coplas.

Pero yo te dirijo mi oración, Señor, en el tiempo propicio: por tu inmenso amor respóndeme, oh Dios, por la verdad de tu salvación.

¡Sácame del cieno, no me hunda, líbrame de los que me odian, de las aguas profundas!

¡Que no me anegue la corriente, que no me trague el abismo, ni se cierre el pozo sobre mí!

¡Respóndeme, Señor, por tu amor y tu bondad, por tu inmensa ternura vuelve a mí tus ojos;

no apartes tu rostro de tu siervo, que

quóniam trībulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, et líbera eam: \* propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, et confusióne meam, \* et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui trībulant me: \* impropérium exspectávit cor meum, et misériam.

Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: \* et qui consolarétur, et non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel: \* et in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, \* et in retributiónes, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant: \* et dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam: \* et furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum desérta: \* et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt: \* et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum: \* et non intrent in iustítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: \* et cum iustis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens: \* salus tua, Deus, suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: \* et magnificábo eum in laude:

Et placébit Deo super vítulum novéllum: \* córnua producéntem et úngulas.

Vídeant páuperes et læténtur: \* quærite Deum, et vivet ánima vestra.

Quóniam exaudivit páuperes Dóminus: \* et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, \* mare et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciat Sion: \* et ædificabúntur civitátes Iuda.

Et inhabitábunt ibi, \* et hereditáte acquirént eam.

Et semen servórum eius possidébit eam: \* et qui diligunt nomen eius, habitábunt in ea.

### ***Glória omittitur***

Ant. Zelus domus tuæ \* comedit me, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

**Ant.** Avertantur retrorsum, \* et erubescant, qui cogitant mihi mala.

### ***Psalmus 69 [2]***

Deus, in adiutórium meum inténde: \* Dómine, ad adiuvándum me festína.

Confundántur et revearéantur, \* qui quærun

estoy angustiado, respóndeme ya;

acércate a mí, rescátame, líbrame de mis enemigos!

Tú sabes de mi oprobio, de mi afrenta y mi vergüenza, conoces a mis opresores.

El oprobio me rompe el corazón, me siento desfallecer.

Espero en vano compasión, consoladores y no encuentro.

Me han echado veneno en la comida, han apagado mi sed con vinagre.

Que su mesa se convierta en un lazo, que su abundancia sea una trampa;

que se nublen sus ojos y no vean, que sus fuerzas flaqueen sin cesar.

Derrama sobre ellos tu enojo, los alcance el ardor de tu cólera;

que su morada se convierta en erial, que nadie habite en sus tiendas.

Porque acosan al que tú has herido y aumentan la herida de tu víctima.

Añade culpa a su culpa, no tengan acceso a tu justicia;

sean borrados del libro de la vida, no sean inscritos con los justos.

Pero a mí, desdichado y malherido, tu salvación, oh Dios, me restablecerá.

Celebraré con cantos el nombre de Dios, lo ensalzaré dándole gracias;

le agradará al Señor más que un toro, más que un novillo con cuernos y pezuñas.

Lo han visto los humildes y se alegran, animaros los que buscáis a Dios.

Porque El Señor escucha a los pobres, no desprecia a sus cautivos.

¡Alábenlo los cielos y la tierra, el mar y cuanto bulle en él!

Pues Dios salvará a Sión, reconstruirá los poblados de Judá:

la habitarán y la poseerán; la heredará la estirpe de sus siervos, en ella vivirán los que aman su nombre.

Ant. El celo de tu casa me devora y me abruma los ultrajes de quienes te insultan.

**Ant.** Arrédense cubiertos de ignominia, los que desean mis males.

Oh Dios, ven a libramme, Señor, corre en mi ayuda!

¡Queden confusos y humillados los que

ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, \* qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, \* et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus, ádiuva me.

Adiútor meus, et liberátor meus es tu: \* Dómine, ne moréris.

**Glória omittitur**

**Ant.** Avertantur retrorsum, \* et erubescant, qui cogitant mihi mala.

**Ant.** Deus meus, \* eripe me de manu peccatoris.

**Psalmus 70 [3]**

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: \* in iustítia tua líbera me, et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, \* et salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum múnitum: \* ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum, \* et refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, \* et de manu contra legem agéntis et iníqui:

Quóniam tu es paciéntia mea, Dómine: \*

Dómine, spes mea a iuventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: \* de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper: \* tamquam prodígium factus sum multis: et tu adiútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam: \* tota die magnitúdinem tuam.

Ne proiícias me in témpore senectútis: \* cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixerunt inimíci mei mihi: \* et qui custodiébant ánimam meam, consílium fecerunt in unum.

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persecuímini, et comprehéndite eum: \* quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris a me: \* Deus meus, in auxiliúm meum réspice.

Confundántur, et deficiant detrahéntes ánimæ meæ: \* operiántur confusióne, et pudóre qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo: \* et adiíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit iustítiam tuam: \* tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: \* Dómine, memorábor iustítiae tuæ solíus.

intentan acabar conmigo!

¡Retrocedan confundidos los que desean mi mal!

Retírense avergonzados los que dicen: ¡Ja, ja!

En ti gocen y se alegran todos los que te buscan!

Digan sin cesar: «Grande es Dios los que ansían tu victoria!

Pero yo soy pobre y desgraciado, ¡oh Dios, ven rápido a mí!

Tú eres mi auxilio y libertador, ¡no te retrases, Señor!

**Ant.** Arrédense cubiertos de ignominia, los que desean mis males.

**Ant.** Dios mío, líbrame de las manos del pecador.

A ti me acojo, Señor, ¡nunca quede confundido! ¡Por tu justicia sálvame, líbrame, préstame atención y sálvame! Sé mi roca de refugio, alcázar donde me salve, pues tú eres mi peña y mi alcázar.

¡Líbrame, Dios mío, de la mano del impío, de las garras del perverso y el violento!

Pues tú eres mi esperanza, Señor, mi confianza desde joven, Señor.

En ti busco apoyo desde el vientre, eres mi fuerza desde el seno materno.

¡A ti dirijo siempre mi alabanza!

Soy el asombro de muchos, pero tú eres mi refugio seguro.

Mi boca rebosa de tu alabanza, de tu elogio todo el día.

No me rechaces ahora que soy viejo, no me abandones cuando decae mi vigor,

pues mis enemigos hablan mal de mí, los que me espían se ponen de acuerdo:

«¡Dios lo ha desamparado, persegúidlo, apresadlo, que no hay quien lo libre!».

¡Oh Dios, no te quedes tan lejos, Dios mío, ven pronto a socorrerme!

Queden confundidos y avergonzados los que atentan contra mi vida;

acaben en la vergüenza y la ignominia los que buscan mi mal.

Pero yo esperaré sin cesar, reiteraré tus alabanzas;

mi boca publicará tu justicia, todo el día tu salvación.

Publicaré las proezas del Señor, recordaré tu justicia, tuya sólo.

¡Oh Dios, me has instruido desde joven, y he anunciado hasta hoy tus maravillas!



Deus, docuísti me a iuventúte mea: \* et usque nunc pronuntiábo mirabilia tua.

Et usque in senéctam et sénium: \* Deus, ne derelínquas me,

Donec annúntiem bráchium tuum \* generatióni omni, quæ ventúra est:

Poténtiam tuam, et iustítiam tuam, Deus, usque in altíssima, quæ fecísti magnália: \* Deus, quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas: et convérsus vivificásti me: \* et de abýssis terræ íterum reduxísti me:

Multiplicásti magnificéntiam tuam: \* et convérsus consolátus es me.

Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam: \* Deus, psallam tibi in cíthara, Sanctus Israël.

Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi: \* et ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam: \* cum confúsi et revériti fúerint, qui quærunt mala mihi.

**Glória omittitur**

**Ant.** Deus meus, \* eripe me de manu peccatoris.

Ahora, viejo y con canas, ¡no me abandones, Dios mío!, hasta que pueda anunciar tu brazo

a las futuras generaciones, tu poderío y tu justicia, oh Dios, hasta los cielos.

Tú que has hecho grandes cosas, ¡Oh Dios!, ¿quién como tú?

Tú que me has hecho pasar por tantos aprietos y desgracias me devolverás de nuevo la vida, y

de las simas de la tierra me sacarás otra vez;

sustentarás mi dignidad, te volverás a consolarme.

Y te daré gracias con el arpa, Dios mío, por tu fidelidad; tañeré para ti la cítara, ¡oh Santo de Israel!

Te aclamarán mis labios, mi vida que has rescatado; y mi lengua todo el día musitará tu justicia:

pues se avergüenzan afrentados los que buscaban mi desgracia..

**Ant.** Dios mío, líbrame de las manos del pecador.

V. Avertantur retrorsum, et erubescant.

R. Qui cogitant mihi mala.

V. Arrédense cubiertos de ignominia.

R. Los que desean mis males.

● Se dice en silencio el Pater noster y se omite la absolución y las bendiciones.

### **Pater noster**

#### **Lectio 1**

Incipit Lamentatio Ieremiae Prophetae.

**Lam 1:1-5**

Aleph. Quomodo sedet sola civitas plena populo! facta est quasi vidua domina Gentium; princeps provinciarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans ploravit in nocte, et lacrimae eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius; omnes amici eius spreverunt eam, et facti sunt ei inimici

Ghimel. Migravit Iudas propter afflictionem, et multitudinem servitutis; habitavit inter Gentes, nec invenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

Daleth. Viae Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portae eius destructae, sacerdotes eius gementes; virgines eius squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes eius in capite; inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius; parvuli eius ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.



### **Padre nuestro**

Lectura del Libro de las Lamentaciones.

Álef. ¡Qué solitaria se encuentra la otrora Ciudad populosa! Como una viuda ha quedado la grande entre las naciones. La Princesa de las provincias sometida está a tributo.

Bet. Lloro que llora de noche, surca el llanto sus mejillas. No hay nadie que la consuele entre todos sus amantes. Todos sus amigos la han traicionado, ¡se le han convertido en enemigos!

Guímel. Judá está desterrada y postrada, sometida a extrema servidumbre. Mezclada con las naciones, en nada encuentra sosiego. La alcanzaron sus perseguidores, la pusieron en aprietos.

Dálet. Las calzadas de Sión están de luto, ya nadie viene a las solemnidades. Todas sus puertas desoladas, sus sacerdotes gimiendo, afligidas sus doncellas, ¡y ella misma en amargura!

He. La domina el enemigo, feliz está el adversario, porque El Señor la ha afligido,

Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

**R.** In monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: \* Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. **V.** Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem. **R.** Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

pues son muchos sus delitos. Sus niños partieron al cautiverio delante del enemigo. Jerusalén, Jerusalén, vuélvete a Dios tu Señor.

**R.** En el monte de los olivos oró al Padre: Padre si es posible, pase de mi este cáliz. \* En verdad el espíritu está pronto, mas la carne es débil. **V/.** Velad y orar para no caer en tentación. \* En verdad el espíritu está pronto, mas la carne es débil.

### Lectio 2

*Lam 1:6-9*

**Vau.** Et egressus est a filia Sion omnis decor eius; facti sunt principes eius velut arietes non inventes pascua, et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequens.

**Zain.** Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suae, et praevaricationis, omnium desiderabilium suorum, quae habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, et non esset auxiliator: viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata eius

**Heth.** Peccatum peccavit Ierusalem, propterea instabilis facta est; omnes qui glorificabant eam spreverunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

**Teth.** Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui; deposita est vehementer, non habens consolatorem; vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

**R.** Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quae circumdabit me: \* Vos fugam capietis, et ego vadam immolari pro vobis. **V.** Ecce appropinquat hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. **R.** Vos fugam capietis, et ego vadam immolari pro vobis.

**Vau.** La hija de Sión ha quedado privada de todo su esplendor. Sus príncipes son como ciervos que ya no encuentran pasto, caminando van sin fuerzas, hostigados por la espalda.

**Zain.** Jerusalén recuerda sus días de miseria y vida errante, cuando su pueblo sucumbía ante el enemigo, sin que nadie viniera en su ayuda. Los enemigos la miraban, burlándose de su ruina.

**Jet.** Mucho ha pecado Jerusalén, por eso ha quedado impura. Todos los que la honraban la desprecian, porque han visto su desnudez; y ella misma gime vuelta de espaldas.

**Tet.** Su inmundicia se pega a su ropa, no pensó ella en este fin. Su caída ha sorprendido, no hay quien la consuele! «¡Mira, Señor, mi miseria, que el enemigo se crece!».

Jerusalén, Jerusalén, vuélvete a Dios tu Señor.

**R.** Mi alma está triste hasta la muerte; aguardad aquí y velad conmigo; ahora veréis la turba me cercará. \* Vosotros huiréis y yo iré a inmolarme por vosotros. **V/.** He aquí que se aproxima la hora y el Hijo del hombre será entregado en poder por los pecadores. \* Vosotros huiréis y yo iré a inmolarme por vosotros

### Lectio 3

*Lam 1:10-1*

**Iod.** Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus praeceperas ne intrarent in ecclesiam tuam

**Caph.** Omnis populus eius gemens, et quaerens panem; dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Vide, Domine, et considera quoniam facta sum vilis!

**Lamed.** O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus, quoniam vindemiavit me, ut locutus est

**Yod.** Echó mano el enemigo a todos sus tesoros; ha visto ella a los paganos penetrar en su santuario, aquellos de quienes ordenaste: «¡No entrarán en tu asamblea!»

**Kaf.** Su pueblo entero gime y anda en busca de pan; cambian sus tesoros por comida, por ver de recobrar la vida. «Mira, Señor, y contempla qué envilecida estoy.»

**Lámed.** Vosotros que pasáis por el camino, mirad, fijaos bien si hay dolor parecido al dolor que me atormenta, con el que El Señor

Dominus, in die irae furoris sui.

Mem. De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudivit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum; posuit me desolatam, tota die maerore confectam

Nun. Vigilavit iugum iniquitatum mearum; in manu eius convolutae sunt, et impositae collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu de qua non potero surgere.

Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem: aspectus eius in eo non est: hic peccata nostra portavit, et pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: \* Cuius livore sanati sumus. V. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. R. Cuius livore sanati sumus. R. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem: aspectus eius in eo non est: hic peccata nostra portavit, et pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: \* Cuius livore sanati sumus.

me castigó el día de su ardiente cólera.

Mem. Desde lo alto ha lanzado un fuego que se ha metido en mis huesos. Ante mis pies ha tendido una red, y me ha hecho retroceder; me ha dejado desolada, todo el día dolorida.

Nun Hizo un yugo con mis culpas, por su mano entrelazadas. Sobre mi cuello su yugo doblega mi vigor. El Señor me ha dejado a merced de ellos, ¡ya no me puedo tener! Jerusalem, Jerusalem, vuelve al Señor tu Dios.

R. He aquí que lo vimos no teniendo hermosura ni splendor, nada conserva de su aspect, llevó nuestros pecados y por nosotros sufre; más él fue herido por nuestras iniquidades: \*Por los golpes que recibí hemos sido curados. V/. En verdad que sobrellevó nuestras flaquezas, y soportó nuestros dolores. \*Por los golpes que recibió hemos sido curados. R/. He aquí que lo vimos no teniendo hermosura ni splendor, nada conserva de su aspect, llevó nuestros pecados y por nosotros sufre; más él fue herido por nuestras iniquidades.

## NOCTURN II.

Ant. Liberavit Dominus \* pauperem a potente, et inopem, cui non erat adiutor.

### Psalmus 71 [4]

Deus, iudícium tuum regi da: \* et iustítiam tuam filio regis:

Iudicáre pópulum tuum in iustítia, \* et páuperes tuos in iudício.

Suscípiant montes pacem pópulo: \* et colles iustítiam.

Iudicábit páuperes pópuli, et salvos fáciet filios páuperum: \* et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante lunam, \* in generatióne et generatióne.

Descéndet sicut plúvia in vellus: \* et sicut stillicidia stillántia super terram.

Oriétur in diébus eius iustítia, et abundántia pacis: \* donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare: \* et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes: \* et inimíci eius terram lingent.

Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent: \* reges Árabum et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: \* omnes gentes sérvient ei:

Quia liberábit páuperem a poténte: \* et páuperem, cui non erat adiutor.

Parcet páuperi et ínopi: \* et ánimas

Ant. El Señor libará al pobre de manos del poderoso, y al indigente que no teine quien le socorra.

Confía, oh Dios, tu juicio al rey, al hijo de rey tu justicia: que gobierne rectamente a tu pueblo, a tus humildes con equidad.

Produzcan los montes abundancia, justicia para el pueblo los collados.

Defenderá a los humildes del pueblo, salvará a la gente pobre y aplastará al opresor.

Durará tanto como el sol, como la luna de edad en edad; caerá como lluvia en los retoños, como rocío que humedece la tierra

Florecerá en sus días la justicia, prosperidad hasta que no haya luna;

dominará de mar a mar, desde el Río al confín de la tierra.

Ante él se doblará la Bestia, sus enemigos morderán el polvo; los reyes de Tarsis y las islas traerán consigo tributo.

Los reyes de Sabá y de Seba todos pagarán impuestos;

ante él se postrarán los reyes, le servirán todas las naciones.

Pues libará al pobre suplicante, al desdichado y al que nadie ampara;

se apiadará del débil y del pobre, salvará la vida de los pobres.

páuperum salvas fáciat.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum: \* et honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, et adorábunt de ipso semper: \* tota die benedícant ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus eius: \* et florébunt de civitáte sicut foenum terræ.

Sit nomen eius benedíctum in sæcula: \* ante solem pérmanet nomen eius.

Et benedícantur in ipso omnes tribus terræ: \* omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus, Deus Israël, \* qui facit mirábilia solus:

Et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum: \* et replébitur maiestáte eius omnis terra: fiat, fiat.

Glória omittitur

Ant. Liberavit Dominus \* pauperem a potente, et inopem, cui non erat adiutor.

La rescatará de la opresión y la violencia, considerará su sangre valiosa;

(que viva y le den el oro de Sabá). Sin cesar rogarán por él, todo el día lo bendecirán.

La tierra dará trigo abundante, que ondeará en la cima de los montes;

sus frutos florecerán como el Líbano, sus espigas como la hierba del campo.

¡Que su fama sea perpetua, Que dure tanto como el sol!

¡Que sirva de bendición a las naciones, y todas lo proclamen dichoso!

¡Bendito El Señor, Dios de Israel, el único que hace maravillas!

¡Bendito su nombre glorioso por siempre, la tierra toda se llene de su gloria! ¡Amén!

¡Amén

Ant. El Señor libará al pobre de manos del poderoso, y al indigente que no teine quien le socorra.

Ant. Cogitaverunt impii, \* et locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Psalmus 72 [5]

Quam bonus Israël Deus, \* his, qui recto sunt corde!

Mei autem pæne moti sunt pedes: \* pæne effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos, \* pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti eórum: \* et firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, \* et cum homínibus non flagellábuntur:

Ideo ténuit eos supérbia, \* opérti sunt iniquitáte et impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iniquitas eórum: \* transiérunt in afféctum cordis.

Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam: \* iniquitátem in excélsis locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum: \* et lingua eórum transívit in terra.

Ídeo convertétur pópulus meus hic: \* et dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixerunt: Quómodo scit Deus, \* et si est sciéntia in excélsis?

Ecce, ipsi peccatóres, et abundátes in sæculo, \* obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa iustificávi cor meum, \* et lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus tota die, \* et castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic: \* ecce, natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Ant. Los pensamientos de los impíos y sus palabras están llenos de malicia; hablan en alta voz de iniquidades.

¡Qué bueno es Dios para Israel, el Señor para los limpios de corazón!

Por poco se extravía mis pies, casi resbalan mis pasos,

celoso como estaba de los perversos, al ver prosperar a los malvados.

No hay congojas para ellos, sano y rollizo está su cuerpo;

no comparten las penas de los hombres, no pasan tribulaciones como los otros.

Por eso el orgullo es su collar, la violencia el vestido que los cubre;

su gordura rebosa malicia, de artimañas desborda su corazón.

Se sonríen, hablan con maldad, hablan altivamente de opresión;

ponen en el cielo su boca, y su lengua se pasea por la tierra

Por eso mi pueblo va tras ellos: sorben con ansia sus palabras.

Dicen: «¿Va a saberlo Dios? ¿Lo va a saber el Altísimo?».

¡Así son, éstos son los malvados!, tranquilos y acumulando riqueza.

¿Así que en vano purifiqué mi corazón, lavé mis manos en señal de inocencia,

aguanté golpes todo el día y correcciones cada mañana?

Si hubiese dicho: «Hablaré como ellos», habría traicionado a la raza de tus hijos.



Existimábam ut cognóscerem hoc, \* labor est ante me:

Donec intrem in Sanctuárium Dei: \* et intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis: \* deiecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatióne, súbito defecerunt: \* periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnum surgéntium, Dómine, \* in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt: \* et ego ad níhilum redáctus sum, et nescívi.

Ut iumentum factus sum apud te: \* et ego semper tecum.

Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, \* et cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in caelo? \* et a te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, et cor meum: \* Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt: \* perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: \* pónere in Dómino Deo spem meam:

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas, \* in portis filíæ Sion.

**Glória omittitur**

Ant. Cogitaverunt impii, \* et locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Ant. Exsurge, Domine, \* et iudica causam meam.

**Psalmus 73 [6]**

Ut quid, Deus, repulísti in finem: \* irátus est furor tuus super oves páscae tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, \* quam possedísti ab iníto.

Redemísti virgam hereditátis tuæ: \* mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: \* quanta malignátus est inimícus in sancto!

Et gloriáti sunt qui odérunt te: \* in médio solemnitétis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: \* et non cognoverunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus exciderunt iánuas eius in idípsum: \* in secúri et áscia deiecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuárium tuum: \* in terra polluerunt tabernáculum nóminis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eórum simul: \* Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Me di entonces a pensar para entenderlo, pero me resultaba harto difícil.

Hasta que entré en el santuario de Dios y acabé entendiendo su destino: los pones en el resbaladero, los empujas a la ruina.

De pronto quedan hechos un horror, desaparecen consumidos de espanto: como un sueño al despertar, Señor, al levantarte desprecias su imagen.

Cuando mi corazón se avinagraba, cuando se torturaba mi conciencia, estúpido de mí, no comprendía, sólo era un animal ante ti.

Pero yo estoy siempre contigo, me tomas de la mano derecha, me guías según tus planes, me conduces tras la gloria.

¿A quién tengo yo en el cielo? Estando contigo no hallo gusto en la tierra.

Aunque se consuman mi cuerpo y mi mente, tú eres mi roca, mi lote, Dios por siempre.

Los que se alejan de ti se pierden, aniquilas a los que te son adúlteros.

Pero mi bien es estar junto a Dios, he puesto mi cobijo en el Señor a fin de proclamar tus obras.

Ant. Los pensamientos de los impíos y sus palabras están llenos de malicia; hablan en alta voz de iniquidades.

Ant. Levántate Señor y defiende mi causa.

¿Por qué nos rechazas, oh Dios, para siempre, y humea tu cólera contra el rebaño que apacientas?

Piensa en la comunidad que antaño adquiriste, la que tú rescataste, tribu de tu propiedad, y del monte Sión, donde pusiste tu morada.

Guía tus pasos a estas ruinas perpetuas: al santuario devastado por el enemigo.

Rugían tus adversarios en tu asamblea, colocaban como señal sus enseñas; destrozaban como quien va penetrando con hachas en la espesura del bosque.

Cercenaron todas juntas sus jambas, con hacha y martillo desgajaban.

Prendieron fuego a tu santuario, profanaron por tierra tu gloriosa mansión.

Decían para sí: «Destruyamos a todos, quememos las asambleas de Dios en el país».

No vemos nuestras enseñas, ya no

Signa nostra non vídimus, iam non est prophéta: \* et nos non cognóscet ámplius.

Úsquequo, Deus, impropérabit inimicus: \* irrítat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam, et déxteram tuam, \* de médio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante sæcula: \* operátus est salútem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtúte tua mare: \* contribulásti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis: \* dedísti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupísti fontes, et torréntes: \* tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox: \* tu fabricátus es auróram et solem.

Tu fecísti omnes términos terræ: \* æstátem et ver tu plasmásti ea.

Memor esto huius, inimicus impropéravit Dómino: \* et pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi, \* et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum: \* quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus: \* pauper et inops laudábunt nomen tuum.

Exsúrge, Deus, iúdica causam tuam: \* memor esto impropériórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: \* supérbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper.

**Glória omittitur**

Ant. Exsurge, Domine, \* et iudica causam meam.

tenemos profetas, nadie que sepa hasta cuándo.

¿Hasta cuándo, Dios, provocará el adversario, ultrajará tu nombre por siempre el enemigo?

¿Por qué retienes tu mano y en tu seno escondes tu diestra?

Tú eres, oh Dios, mi rey desde el principio, autor de hazañas en medio de la tierra.

Tú hendiste el Mar con tu poder, quebraste las cabezas de monstruos marinos, machacaste las cabezas de Leviatán y las echaste como pasto a las fieras.

Tú abriste manantiales y torrentes, secaste ríos inagotables.

Tuyo es el día, tuya la noche, tú la luna y el sol estableciste; tú trazaste las fronteras de la tierra, el verano y el invierno tú formaste.

Recuerda, Señor, que el enemigo te ultraja, que un pueblo necio desprecia tu nombre.

No des al depredador la vida de tu tórtola, la vida de tus pobres no olvides jamás.

Piensa en la alianza, que están repletos los rincones del país de focos de violencia.

¡Que no acabe defraudado el oprimido, que pobre y humilde puedan alabarte!

¡Levántate, oh Dios, a defender tu causa, acuérdate del necio que te ultraja a diario!

¡No olvides el griterío de tus adversarios, el creciente clamor de tus agresores!

Ant. Levántate Señor y defiende mi causa.

V. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.  
R. Et de manu contra legem agentis, et iniqui.

V. Dios mío, líbrame de la mano de los pecadores.  
R. Y del poder del transgresor de la ley y del inicuo.

Se dice en silencio el Pater noster y se omite la absolución y las bendiciones.

### **Pater noster**

#### **Lectio 4**

Ex tractatu sancti Augustini Episcopi super  
Psalms.

In Psalmum 54. ad 1. Versum

Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, et exaudi me. Satagentis, solliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans. Superest ut videamus in quo

### **Padre nuestro**

Del tratado de san Agustín sobre los salmos. Escucha, oh Dios, mi oración, y no te cierres a mi súplica; hazme caso y escúchame. Palabras son éstas de quien está preocupado y afanoso en medio del sufrimiento. Su oración está preñada de dolor, anhelando ser librado del mal; nos falta saber en qué mal se encuentra; y cuando empieza a decirlo, reconozcámonos

malo sit: et cum dicere coeperit: agnoscamus ibi nos esse: ut communicata tribulatione, coniungamus orationem. Contristatus sum, inquit, in exercitatione mea, et conturbatus sum. Ubi contristatus? ubi conturbatus? In exercitatione mea inquit. Homines malos, quos patitur, commemoratus est: eamdemque passionem malorum hominum, exercitationem suam dixit. Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur: aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur.

R. Amicus meus osculi me tradidit signo: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum: hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium. \* Infelix praetermisit pretium sanguinis, et in fine laqueo se suspendit. V. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. R. Infelix praetermisit pretium sanguinis, et in fine laqueo se suspendit.

#### Lectio 5

Utinam ergo qui nos modo exercent, convertantur, et nobiscum exerceantur: tamen quamdiu ita sunt ut exerceant, non eos oderimus: quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus. Et plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, et nescis. Diabolus, et angeli eius in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem aeternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: id est, non adversus homines, quos videtis, sed adversus principes, et potestates, et rectores mundi, tenebrarum harum. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres daemones esse rectores caeli et terrae. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorum et iniquorum: mundi dixit, de quo dicit Evangelium: Et mundus eum non cognovit.

R. Iudas mercator pessimus osculo petiit Dominum: ille ut agnus innocens non negavit Iudae osculum: \* Denariorum numero Christum Iudaeis tradidit. V. Melius illi erat, si natus non

también nosotros ahí, y así, participando de su tribulación, nos unamos en la oración. Estoy trastornado en mi ansiedad y sumido en la turbación. ¿Por qué trastornado, por qué turbado? Por mi ansiedad, dice. Va a referirse a los hombres malvados que soporta, y llama ansiedad a los sufrimientos de esos hombres. No penséis que no tiene sentido la presencia de los malos en este mundo, y que Dios no se sirve de ellos para ningún bien. Todo hombre malvado, o vive para que se corrija, o vive para que el bueno sea probado por medio de él.

R. Mi amigo me vendió con un beso por señal; Aque a quien yo bese ese es; prendedle. Esta inicua seña dio el que, por medio de un beso, cometió homicidio. \* El infeliz arrojó precio de la sangre y al fin se ahorcó. V/. Bien le hubiera estado a aquel hombre no haber nacido. \* El infeliz arrojó precio de la sangre y al fin se ahorcó.

Ojalá que los que ahora nos están probando, se conviertan, y a nosotros nos prueben; ahora bien, mientras a nosotros nos están probando, no se nos ocurra odiarlos; porque no sabemos quién de ellos va a perseverar en su maldad hasta el final. y con frecuencia, cuando te parece que has odiado a un enemigo, no caes en la cuenta de que a quien odias es a un hermano. Las santas Escrituras nos dicen que el diablo y sus ángeles están destinados al fuego eterno. Sólo de ellos hay que perder la esperanza de corrección; contra ellos sostenemos una lucha secreta, y para esa lucha nos proporciona las armas el Apóstol, cuando dice: Nuestra lucha no es contra la carne y la sangre, es decir, contra los hombres que estáis viendo, sino contra los príncipes, los apoderados, y los dirigentes de este mundo de tinieblas. Y para que no creyéramos que al decir él mundo, quizá entendiéramos que los demonios son los que gobiernan el cielo y la tierra, dijo este mundo de tinieblas. Por mundo dio a entender el de los amantes del mundo; por mundo quiso decir el de los impíos y malvados; por mundo quiso decir aquél del que dice el Evangelio: Y el mundo no lo conoció.

R. Judas, el mercader malvado, con un óculo se dirigió al Señor: Este, como cordero, inocente, no rehusó el beso de Judas, \* Por una cantidad de dinero entregó a Cristo a los

<p>fuisset R. Denariorum numero Christum Iudaeis tradidit.</p>	<p>Judíos. V/. Mejor le fuera no haber nacido. * Por una cantidad de dinero entregó a Cristo a los Judíos.</p>
